



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

27. Alia pars amplificationis per μερισμον, Post reditum ad Quirites.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

quem biennio ante filia sua nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia iubet. Postremo nubis genero sacrus, nulla auspicijs, nulla auctoribus. Quid restabat nisi exclamationis fulmen, O mulieru scelus!

Amplificatio Beneficij accepti, per Comparata, Adiuncta, & partes, ad Quiritis, post reditum, num. 5.

CAPVT XXVI.

Comparatio, & adiuncta.

Parentibus, id quod necesse erat, parvulus procreatus: a vobis natus sum consularis. Illi mihi fratrem incognitum, qualis futurus esset, dederunt, vos spectatum, & incerdili pietate cognitum, reddidistis. Rem publicam illis accepi temporibus, eam quam penè amissa est: a vobis eam recuperavi, quam aliquando omnes vobis opera servatam iudicaverunt. Dij immortales mihi liberos dederunt, vos reddidistis. Multa præterea à Dijs immortalibus optata consecuti sumus; nisi vestra voluntas fuisset, omnibus divinis muneribus caruissemus, vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc à vobis universos habemus, ut quantum antea parentibus, quantum Dijs immortalibus, quantum vobismetipsis, tantum hoc tempore universis cuncta populo Rom. debeamus. Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim, tum in studijs vestris tanta animorum declarata est voluntas, ut non solum calamitatem mihi detraxisset, sed etiam dignitatem auxisset videamini. Non enim pro meo reditu, ut pro P. Popilij nobilissimi hominis, adolescentes, filij, & multi præterea cognati atque affines deprecati sunt.

Hæc ratio augendi per antitheta, pulchra est & suavis: additur etiam adiuncta; scilicet in largiendo beneficio alacritas, & cætera.

Alia pars amplificationis per μέγιστον.

Post reditum ad Quiritis.

CAPVT XXVII.

Partium enumerationis.

Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quam sui cuique liberi? mihi

verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt meo cariores, tamen non tanta voluptate erant suscepti, quanta nunc sunt restituti. Nihil cuiquam fuit unquam iucundius, quam mihi meus frater; non tam id sentiebam, cum fruebar, quam tunc cum carebam; & posteaquam vos me illi, & mihi eum reddidistis: Res familiaris sua quemque delectat; reliquæ meæ fortunæ recuperatæ, plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc in eolumi afferbant: Amicitia, consuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique, & dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. Iam verò honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quanquam mihi semper clarissima visa sunt, tamen ea nunc renouata, illustriora videntur, quam si obscurata non essent. Ipsa autem parva, Dij immortales, dici vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet! quæ species Italiae, quæ celebritas oppidorum, quæ forma regionum? qui agri? quæ fruges? quæ pulchritudo urbium? quæ humanitas civium? quæ res dignitas? quæ vestra maiestas? quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut nemo magis.

Viden' ut singula quæque commoda minutatim, sine tamen vlla sermonis ignobilitate, aut rerum obscuritate, discutens, amplam efficit orationem. Si quidpiam hic humile fuisset interpositum, corruptisset eloquentiæ gravitatem: quo d' fatuus quispiam fecit in veteri poemate, qui Elysiorum camporum voluptates commemorans, Solem & cucumeres, dixit esse illi pericandos. Quæ cognatio Cucumerum, & Solis? Deinde, cuius ingenij est nobilissimis voluptatibus Cucumerum elum inferre?

Amplificatio rei calamitosi, per gradationem, & hypotyposin, &c. pro Quintio, nu. 95.

CAPVT XXVIII.

Miserum est exturbari fortunis omnibus; miserius est, iniuria. Acerbum est ab aliquo circumveniri; acerbius à propinquo. Calamitosum est bonis everti; calamitosius cum dedecore. Funestum est a forti atque honesto viro iugulari; funestius, ab eo cuius vox præconis quæstu prostratus indignum est à pari